

IOANNES ANTONIUS DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA
EPISCOPUS CURIENSIS, S. R. I. Princeps Dominus in Fürstemburg, et Fürstenaui &c. &c.

Admodum Reverendo, ac Perillustri Domino Joanni Melchiorj Natsch Cathedralis Ecclesie Nostrae Curiensis Canonico, venerabilis Capituli infra
Langarum Decano, et Parocho in Sarganz salutem in Domino

Cum per obitum multum Reverendj Joannis Jacobi Vils in vivis Commissarij Nostrj Episcopalis supra lacum, decanij dictj venerabilis Capituli infra Langarum, et parochj
Melzj Commissariatus ibidem supra lacum nostrj Episcopalis Curiensis vacaverit, et vacet in presens, Nos vero eiusmodj districtus Clero, et populo, eoque ob locj distantiam,
et alia varia, eaq; ardua negotia, nec Nos, nec vicarius noster generalis personaliter ubiq; locorum, utj optaremus, interesse valeamus, de alia Persona, quæ Commissariatus
per illas partes officium cum omnibus ad huiusmodj munus spectantibus exercere possit, noverere cupiamus, Idcirco insignis fidei tua, probitatis, scientie, discretionis,
mudentie, et circumspectionis laus, aliq; virtutum merita, de quibus in domino plurimum confidimus, animum inducunt nostrum, ut te Specialj hac Prærogativa, et
officio dignum indicemus. Capropter Authoritate quâ fungimur, te in prefatj Capituli districtus supra lacum, et in quantum per eiusdem loca se nostra extendit
diocesis, Commissarium nostrum cum omnibus honoribus, Prærogativis, Emolumentis, et oneribus in forma solitis, et consuetis per Præsentes facimus, constituimus, et
deputamus cum plena licentia, et omnimoda potestate depravatos mores in personis Ecclesiasticis intra limites memoratj districtus, ubj periculum fuerit in mora,
Corrigendj, et emendandj, informationes contra illos capiendj, nec non in causis levioribus processus formandj sub Clausula tamen processus validos formatos unicum actus,
et actus prater Circumstantialissimam Super factj specie relationem pro ferenda decisione et Sententia definitiva qualibet vice ad nos, seu vicarium nostrum
generalem rite Clausos transmittendj: utj et in causis matrimonialibus, si Pars utraq; consenserit, usq; ad Sententiam definitivam, quam nobis, aut vicario
nostro generalj reservatam volumus, cognoscendj, eumq; in finem Partes, et testes citandj, non comparentes debito modo Compellendj: Ecclesiis per longioris absentiam,
aut infirmitatem Beneficialium vacantibus, alijsq; debilis Ministerijs destitutis idoneos vicarios cum honesta stipendio assignatione Substituendj: Jura
Ecclesiastica manutenendj, et deperita reparandj, et tandem ea omnia faciendj, ac exercendj, quæ similes Commissarij Episcopales sive de Jure, sive de consuetudine
facere, gerere, ac exercere possunt, ac Volent, mandantes Singulis parochis, presbyteris, Clericis, ceterisq; ad quos spectat, ut te in Commissarium nostrum admittant,
recognoscant, ubiq; obedientiam, et reverentiam debitam exhibeant sub panis nobis arbitraris, in cuius rei fidem & Pedimus Curie in Residentia Nostra Epulj
die 22 Mensis februarij 1762.

Joan. Ant. Episc.
Curiensis